

[II m 4]

amicos beneficiis copulare non ualet PENDULUM PONDUS id est  
 indigenciam et necessitatem uite sustentande que hominem more  
 oneris penduli grauat (12) FERRE RECUSANT. Ergo tu fugiens (13)  
 PERICULOSAM SORTEM scilicet utriusque incommodi iam dicti (15)  
 MEMENTO. CERTUS DOMUM SEDIS AMENE HUMILI FIGERE SAXO<sup>4</sup> ~~id est figas~~  
~~mediocritis uita<sup>4</sup>~~  
intencionem uite ducende in mediocritate que ideo<sup>t</sup> saxo comparatur  
 quod hominem firmum et constantem ad modum saxy reddit. Et si  
 hoc feceris<sup>5</sup> (17) QUAMVIS VENTUS MISCENS EQUORA id est superbia  
 principum turbans mundum TONET RUINIS id est seuiat ruinosis  
 persecucionibus (19) TU CONDITUS QUIETI id est datus quieti mentis  
 (20) FELIX scilicet existens ROBORE VALLI id est munimento  
 mediocritatis (21) DUCES EVUM id est ages uitam tuam SERENUS id  
 est tranquillus<sup>6</sup> (22) RIDENS id est deridens et pro nichilo  
 habens IRAS ETHERIS id est uirorum potencium persecuciones et  
 inuidias.

[II p 5]

SED QUONIAM RACIONUM prosa quinta. Posquam Philosophia  
 posuit superius remedia minus mouencia ad ostendendum quod bona

---



---

4 saxo id est figas intencionem (int. tuam D) uite ducende in  
 mediocritate que ideo RG (que uero D) saxo mediocris uita P0 saxo id  
 est figere intencionem uite ducende in mediocritate mediocris  
 uita J / 5 feceris RPO fecerit J / 6 tranquillum (-ū in ras.) J /

Fortune sunt contempnenda nec nimis de eorum amissione dolendum, hic ponit ad idem remedia magis mouencia cuiusmodi sunt raciones sumpte ex condicionibus particularium bonorum Fortune. Et circa hoc duo facit. Primo enim bona Fortune ostendit non multum esse appetenda. Secundo ostendit quid boni sit in Fortuna prosa octaua et ultima ibi SED NE ME. Circa primum considerandum quod bona Fortune dicuntur bona extrinseca. Huiusmodi autem sunt quatuor scilicet diuicie honores potestas et gloria. Voluptas autem inter exteriora non computatur cum sit quidam motus in parte appetitiua anime. Primo ergo ostendit de diuiciis quod non sunt magno opere appetende. Secundo ostendit idem simul de honore et potencia prosa sexta ibi QUID AUTEM DE DIGNITATIBUS. Tercio ostendit idem de gloria prosa septima ibi TUM<sup>2</sup> EGO. Circa primum duo facit. Primo enim ostendit in diuiciis non esse aliquid boni quare magnopere sint appetende. Secundo commendat uitam que diuicias ignorabat metro quinto ibi FELIX NIMIUM. Circa primum duo facit. Primo enim ponit unam rationem generalem. Secundo prosequitur in speciali de diuiciis ibi (6) DIVICIE. Racio quam ponit huismodi est. Nullus magno opere debet appetere illud quod suum esse non potest<sup>3</sup> et in se perspectum est uile. Sed omnia bona Fortune preter hoc quod mutabilia sunt hoc<sup>4</sup> habent quia<sup>4</sup> non possunt esse proprium bonum

---

1 et circa RPO circa J / 2 tum RP cum JO / 3 potest RPO  
poterit J / 4 hoc habent quia RO hoc habent quod P hoc sunt quia J /

hominis et in se perspecta sunt uilia. Ergo etc. Dicit ergo<sup>5</sup>  
 continuans se ad precedencia (1) SED QUONIAM non est hic SED<sup>6</sup>  
 aduersarium sed pocius augmentarium FOMENTA RACIONUM MEARUM  
 IN TE DESCENDUNT quia uideo<sup>7</sup> te<sup>7</sup> paulatim<sup>7</sup> Fortunam contempnere PUTO  
 id est reproto UTENDUM VALIDIORIBUS id est licet magis mouentibus  
 rationibus. (2) AGE aduerbum est exhortandi ENIM SI<sup>8</sup> id est  
 licet dona Fortune non essent IAM CADUCA id est casualia et  
 MOMENTANEA id est transitoria ut momentum quod est 40. pars unius  
 hore QUID EST IN EIS QUOD AUT UNQUAM QUEAT FIERI VESTRUM AUT NON  
 PERSPECTUM<sup>9</sup> CONSIDERATUMQUE VILESCAT ? quasi diceret nichil. Deinde  
 cum dicit (6) DIVICIE hic in speciali prosequitur de diuiciis.  
 Et primo dicit quod in diuiciis nichil est QUOD VESTRUM FIERI QUEAT  
 AUT NON PERSPECTUM<sup>10</sup> VILESCAT prosequendo de singulis partibus  
 diuiciarum. Secundo ostendit<sup>11</sup> de diuiciis generaliter<sup>11</sup> quod

5 dicit ergo RP cum dicit ergo J dicit igitur O / 6 non est hic sed  
 aduersarium sed pocius augmentarium O non est hic aduersarium sed  
 pocius augmentarium R non est hic aduersarium sed argumentarium P  
 non est hic (affirmatum in mg.) sed aduersarium sed potest  
 augmentarium J / 7 uideo te paulatim RO uideo paulatim P uideo id  
 est paulatim J / 8 enim si JO etsi RP / 9 perspectum PO  
 prospectum RJ / 10 perspectum JRP prospectum O / 11 secundo  
 ostendit de diuiciis generaliter P secundo ostendit generaliter de  
 diuiciis R in primo ostendit et de diuiciis J et in secundo ostendit  
 de diuiciis generaliter O /

non sunt<sup>12</sup> magnopere appetende ibi (62) QUID AUTEM TANTO. Circa primum tria facit. Primo ostendit propositum inductiue in diuersis<sup>13</sup> partibus diuiciarum. Secundo concludit propositum uniuersaliter ibi (53) EX QUIBUS. Tercio excludit quandam respcionem ibi (57) QUOD SI NATURA. Circa primum considerandum quod nobilitas diuiciarum attenditur penes quinque, scilicet peccuniam gemmas possessiones uestes et famulos. Primo ostendit propositum de peccunia, secundo de gemmis ibi (21) AN GEMMARUM, tercio de possessionibus ibi (7) AN VOS AGRORUM, quarto de uestibus ibi (46) IAM VERO PULCHRUM, quinto de famulis ibi (49) AN VERO TE. Circa primum ponit duas raciones. Prima talis: illud quod per retencionem nocet possidenti et per translacionem in alterum efficitur preciosum aut uestrum non est aut uile est. Sed huiusmodi est peccunia, ergo etc. Dicit ergo: <sup>iam</sup><sup>14</sup> ita dixi quod nichil est in bonis Fortune quod possit esse uestrum aut non sit uile, si consideretur quod patet quia (6) SUNTNE DIVICIE PRECIOSE VEL ~~VESTRA~~ VEL SUI NATURA ? et si dicis quod sic, quero (7) QUID EARUM POCIUS, AN AURUM AN VIS CONGESTA PECCUNIE ? De utrisque enim est similis racio. (8) ATQUI id est certe HEC EFFUNDENDO id est in effusione MELIUS NITENT QUAM COACERVANDO id est in coaceruacione eius cuius probacio est (9) SI QUIDEM AVARICIA scilicet que coaceruat peccuniam

12 sunt RP sint JO/ 13 diuersis RO singulis P siliglis J /

14 ita JR iam PO /

lowercase

SEMPER ODIOSOS scilicet facit HOMINES LARGITAS scilicet que effundit peccuniam CLAROS FACIT scilicet homines. (10) QUOD SI pro quia MANERE NON POTEST APUD QUEMQUAM QUOD TRANSFERTUR IN ALTERUM, TUNC EST PRECIOSA PECCUNIA CUM USU LARGIENDI TRANSLATA ~~AT~~<sup>15</sup> IN ALIOS DESINIT POSSIDERI. Secundo ibi (13) AT EADEM SI APUD ponit secundam rationem talem. Illud quod a pluribus non potest possideri<sup>16</sup> totum et sine unius paupertate ad alium non transit angustum et inops bonum est. Sed huiusmodi sunt diuicie; quare etc. Dicit ergo (13) AT EADEM scilicet peccunia SI APUD UNUM scilicet hominem CONGREGATUR QUANTA EST UBIQUE GENCIMUM, CETEROS SUI INOPES FECERIT id est faciet. (15) ET VOX QUIDEM TOTA PARITER MULTORUM REPLET AUDITUM; VESTRE VERO DIVICIE NISI COMMUNITE NON POSSUNT TRANSIRE IN PLURES. (17) QUOD CUM FACTUM EST, ILLOS QUOS RELINQUUNT NECESSSE EST PAUPERES FACIANT. (19) IGITUR O ANGUSTAS<sup>17</sup> scilicet dico DIVICIAS INOPESQUE QUAS LICET PLURIBUS NON HABERE TOTAS ET AD QUEMLIBET NON VENIUNT SINE PAUPERTATE CETERORUM.  
*Sed m. 2. C. 1.*  
 Unde Seneca epistula 87. ad Lucilium sic arguit: ex malis bonum non fit; diuicie ex multis paupertatibus<sup>18</sup> fiunt. Ergo diuicias diuicie bone non sunt. Deinde cum dicit (21) AN GEMMARUM ostendit non esse homini gaudendum<sup>19</sup> de gemmis tanquam de bono suo duabus

15 at ex hac (?) J hac RPO / 16 poossidere J / 17 igitur o angustas R igitur angustas P igitur o angustias J / 18 paupertatibus JR pauperibus P / 19 homini gaudendum J gaudendum homini P gaudendum R /

[II p 5]

racionibus. Quarum prima talis est:<sup>20</sup> quidquid bonitatis uel  
 preciositatis est in gemmis consistit in earum luce et splendore,  
 sed manifestum est quod illa lux gemmarum non est homini. Ergo  
 nec bonitas gemmarum est<sup>21</sup> bonitas hominis. Dicit ergo (21) AN  
 FULGOR<sup>21</sup> GEMMARUM OCULOS TRAHIT? scilicet ad concupiscendum eas  
 tanquam bonum tuum (22) SED SI QUID IN HOC id est in natura  
 gemmarum est precipuum id est preciosum (23) GEMMARUM EST LUX ILLA  
 NON HOMINUM. Secunda racio: nullus debet admirari uel concupiscere  
 tanquam bonum illud quod est ignobilius eo. Sed natura gemmarum  
 est multo<sup>22</sup> ignobilior quam natura hominis. Quare non debet homo<sup>23</sup>  
 eas admirari uel concupiscere tanquam bonum suum. Dicit ergo (24)  
 QUAS QUIDEM scilicet gemmas ADMIRARI HOMINES scilicet et admirando  
 tanquam bonum suum desiderare VEHEMENTER ADMIROR. (25) QUID EST  
 ENIM CARENS<sup>24</sup> ANIME MOTU<sup>24</sup> COMPAGEQUE<sup>25</sup> QUOD IURE<sup>25</sup> VIDEATUR id est  
 uideri debeat PULCHRUM ESSE ANIMATE RACIONALIQUE<sup>26</sup> NATURE quasi  
 diceret nichil. (27) QUE TAMEN<sup>27</sup> scilicet gemme ETSI<sup>28</sup> pro quamuis<sup>28</sup>

---



---

20 talis est RPO talis J / 21 est bonitas . . . fulgor om. J /

22 multo J O multum R multi P / 23 homo eas J O eas f f, homo R eas P

24 anime motu J anime motuque RO motu anime P / 25 compageque quod  
 iure P compageque iure R que compage iure J compage quod iure O /

26 racionalique JR racionabilique PO / 27 tamen RPO tam J /

28 etsi pro quamuis O etsi pro quantum RP tam tam etsi pro quamuis J /

OPERA CONDITORIS SUI ALIQUID TRAHUNT POSTREME PUBLICHRITUDINIS  
 prima enim pulchritudo est racionalium secunda sensibilium<sup>29</sup>  
 tercia uegetabilium<sup>30</sup> quarta et ultima inanimatorum cuiusmodi  
 sunt gemme COLLOCATE TAMEN INFRA EXCELLENCIAM VESTRAM ADMIRACIONEM  
 VESTRAM NULLO MODO MEREBANTUR. Deinde cum dicit (31) AN VOS  
 ostendit non esse gaudendum de bonitate agrorum tanquam ipsa sit  
 sua. Bonitas enim agrorum uel consistit in eorum pulchritudine  
 que aspectum delectat, que quidem pulchritudo non magis est  
 hominis quam pulcritudo maris uel celi que similiter delectant  
 aspectum et tamen nichil ad hominem pertinent; uel consistit in  
 utilitate que est bonum hominis<sup>31</sup> ad sustentacionem uite. Sed  
 secundum hoc possessio agrorum non est multum desideranda ut sit  
 ampla quia natura<sup>32</sup> paucis est contenta. Dicit ergo (31) AN  
 PULCHRITUDO AGRORUM VOS DELECTAT? scilicet ut de ea tanquam de  
 bono uestro gaudeatis et respondet Boecius (32) QUIDNI? id est  
 quare non delectaret? EST ENIM PULCHRA PORCIO OPERIS PULCHERRIMI

-----  
 29 censibilium J / 30 uegetalium J / 31 non magis est hominis  
 quam pulcritudo maris uel celi que similiter delectant aspectum et  
 tamen nichil ad hominem pertinent (pertinent om. J) uel consistit in  
 utilitate \*que est bonum (\*quia producunt necessaria J) hominis  
 (homini J) RJ (non magis) hominis nec P (non magis) est hominis  
PeGOMD / 32 natura RPO matura J /

[II p 5]

id est mundi. (33) SIC QUONDAM<sup>33</sup> GAUDEMUS FACIE SERENI MARIS id est tranquilli SIC id est eadem racione CELUM SYDERA LUNAM SOLEMQUE MIRAMUR. Cui Philosophia (34) NUM TE ALIQUID HORUM ATTINGIT ? NUM AUDES GLORIARI SPLENDORE ALICUIUS TALIUM scilicet tanquam tuo? quasi diceret non. (36) AN IPSE scilicet tu DISTINGUERIS VERNIS FLORIBUS patet quod non AUT TUA UBERTAS<sup>34</sup> INTUMESCIT IN FRUCTUS ESTIVOS quasi diceret non. (37) QUID INANIBUS GAUDIIS RAPERIS ? scilicet reputando ista esse bona tua unde subdit (38) QUID EXTERNA BONA PRO TUIS AMPLEXARIS ? quasi diceret frustra hoc facis quia (39) FORTUNA NUMQUAM FACIET ESSE TUA QUE NATURA RERUM FECIT A TE ALIENA, TAMEN NON NEGO QUIN POSSENT ESSE TIBI UTILIA UNDE SUBDIT (40) TERRARUM<sup>35</sup> QUIDEM FRUCTUS<sup>36</sup> PROCUL DUBIO DEBENTUR ALIMENTIS ANIMANTUM. (42) SED SI QUOD NATURE SATIS EST SUPPLERE VELIS<sup>37</sup> INDIGENCIAM, NICHIL EST id est non oportet QUOD PETAS AFFLUENCIAM FORTUNE scilicet ad ampliandum<sup>37</sup> et dilatandum agros tuos. (44) NATURA ENIM PAUCIS MINIMISQUE CONTENTA EST, CUIUS SACIETATEM SI SUPERFLUIS URGERE VELIS, AUT<sup>38</sup> FIET INIQCUNDUM QUOD INFUNDERIS AUT NOXIUM. Deinde cum dicit (46) IAM VERO PULCHRUM

*Lower  
case?*

---

33 quondam P quodam modo R quidem J quodam O / 34 ubertas RPO libertas J / 35 terrarum quidem fructus RPO terrarum fructus quidam J / 36 uelis RPO uel J / 37 ampliandum JO implendum R amplificandum P / 38 uelis aut RPO uel aut J /

ostendit non esse homini gaudendum de pulchritudine uestium tamquam bono suo tali racione. Illa pulchritudo non est hominis que non ipsum sed aliquid aliud adducit in admiracionem. Sed pulchritudo uestium non hominem qui uestitur sed uel naturam uel ingenium artificis in admiracionem dicit,<sup>39</sup> igitur etc. Dicit igitur IAM VERO PUTAS PULCHRUM id est tue pulchritudini ascribendum FULGERE VARIIS VESTIBUS quasi diceret non debes hoc putare. (47) QUARUM scilicet uestium SI GRATA<sup>40</sup> SIT SPECIES id est pulchritudo INTUITU AUT NATURAM MATERIE AUT INGENIUM MIRABOR ARTIFICIS scilicet nichil attribuendo tibi. Deinde cum dicit (49) AN VERO ostendit non esse gloriandum de multitudine famulorum tanquam de bono proprio quia famuli aut sunt perniciosi moribus et sic sunt nocui aut bene morigerati et hoc nichil ad te quia hoc est bonitas famulorum et non tua. Dicit ergo AN VERO LONGUS ORDO FAMULORUM TE FACIT ESSE FELICEM quasi diceret non. Probacio: (50) QUID SI<sup>41</sup> VICIOSI SINT MORIBUS ? utique sunt in onus et nocumentum domino. Unde subdit PERNICIOSA id est uiciosa DOMUS id est familia SARCINA EST ET IPSI DOMINO VEHEMENTER INIMICA; (52) SI<sup>42</sup> VERO PROBI<sup>42</sup> supple sint famuli QUONAM MODO IN TUIS OPIBUS<sup>43</sup> NUMERATUR ALIENA PROBITAS ? quasi diceret nullo modo. Deinde cum dicit (53) EX QUIBUS

39 ducit P<sub>O</sub> adducit R ducis J / 40 si grata JR signata P<sub>O</sub> /

41 quid si R<sub>P</sub><sub>O</sub> qui si J / 42 si uero probi P sin uero probi O si uero R uero probi J / 43 opibus R<sub>P</sub> operibus J<sub>O</sub> /

concludit generaliter de omnibus predictis propositum suum<sup>44</sup>  
 dicens EX QUIBUS OMNIBUS scilicet iam dictis MONSTRATUR<sup>45</sup>  
 LIQUIDO id est aperte NICHIL HORUM TUUM ESSE BONUM QUE TU COMPUTAS  
 IN TUIS BONIS. (55) QUIBUS SI NICHIL INEST PULCHRITUDINIS scilicet  
 que tibi ascribi poterit (56) QUID EST<sup>46</sup> quare est QUOD AMISSIS  
 DOLEAS VEL LETERIS RETENTIS ? Deinde cum dicit (57) QUOD SI  
 NATURA excludit quandam responsonem quia posset aliquis dicere  
 quod quamvis in istis non sit bonitas que<sup>46</sup> possit sibi ascribi<sup>47</sup>  
 tamen in sua natura pulchra sunt. Hoc excludit dicens (57) QUOD  
 SI NATURA scilicet propria SINT PULCHRA QUID TUA REFERT ? id est  
 quid pertinet hoc ad te ? quasi diceret nichil. Dicit Hugucio<sup>48</sup>  
 quod refert secundum quod idem est quod distat uel pertinet, in  
 quo ultimo sensu hic accipitur, est semper impersonale uel fere.  
 Hic autem impersonaliter ponitur. Dicit eciam quod construitur  
 cum genitiuis cuiuslibet casualis exceptis principalium pronominum  
 cum quibus<sup>49</sup> non construitur causa concidencie sed pro illis  
 construitur cum ablatiuis femininis suorum possessiuorum ut refert  
 tua uel mea uel sua. Idem est de hoc uerbo interest. (58) NAM  
 HEC PER SE SEQUESTRATA A TUIS OPIBUS PLACUISSENT. (59) NEQUE<sup>50</sup>

44 propositum suum RPO propositum J / 45 monstratur J / 46 que JO  
 qui R qua P / 47 ascribi PO attribui R attribui J / 48 Hugutio R  
 hugo P hug JMOD / 49 cum quibus RO cum quo J tum P / 50 neque  
RPO nunc (nē) J /

[II p 5]

ENIM IDCIRCO SUNT PRECIOSA QUOD IN TUAS VENERE DIVICIAS SED QUONIAM PRECIOSA VIDEBANTUR scilicet in se TUIS DIVICIIS EA MALUISTI ANNUMERARE ex quod satis liquet quod diuicie ex<sup>51</sup> hoc quod<sup>52</sup> tue sunt preciosae non sunt. Deinde cum dicit (62) QUID AUTEM ostendit generaliter diuicias non esse magnopere appetendas tribus rationibus quarum prima talis est. Illa non sunt magnopere appetenda que non afferunt finem propter quem appetuntur. Sed huiusmodi sunt diuicie ut declaratur in littera, ergo etc.<sup>53</sup>

Dicit ergo QUID id est ad quem finem DESIDERATIS TANTO STREPITU id est tanta habundancia<sup>54</sup> fortune. (63) CREDO scilicet quod queritis FUGARE INDIGENCIAM COPIA<sup>55</sup> quasi diceret ideo desideratis diuicias ut suppleatis uestram indigenciam. (64) ATQUI pro sed IN VOBIS? CONTRARIUM CEDIT HOC ~~NOBIS~~. (65) PLURIBUS QUIPPE ADMINICULIS OPUS EST AD TUENDAM VARIETATEM PRECIOSE SUPPELLECTILIS et hoc<sup>55</sup> confirmat per auctoritatem Senecae dicens (66) VERUMQUE ILLUD EST scilicet quod Seneca dicit PERMULTIS EOS INDIGERE QUI PERMULTA POSSIDENT CONTRAQUE MINIMUM<sup>56</sup> scilicet indigent QUI METIUNTUR HABUNDANCIAM SUAM NON AMBITUS SUPERFLUITATE SED NATURE<sup>57</sup> NECESSITATE. Seneca ad Serenum libro secundo loquens de sapiente et diuitibus dicit de

*J.C.*  
*S. Helen,*  
*F. Chavee*

---

a. xiii, c. 3

---

51 ex hoc quod RPO ex quo J / 52 ergo etc. RPO ergo et cum J /

53 tanta habundancia RPO tantam habundanciam J / 54 copia J /

55 hoc RPO h' J / 56 mīm J minimo alia manus in mg. / 57 nature RPO om. J /

sapiente: scit illos nichil a mendicis differre immo miseriores esse. Illi enim exiguo hii multo egent. Secundam rationem ponit ibi (70) ITANE AUTEM que sic formari potest: erroneum et fatuum est querere minora bona et inferiora ad ornandum maiora bona et nobiliora. Sed homines sunt maioris <sup>58</sup> bonitatis et nobilioris condicionis, cum sint <sup>59</sup> animal simile Deo, quam quecumque exteriora. Fatuum ergo et erroneum est querere exteriora bona et reputare se illis ornari. Maior probatur. Dicitur quia fatuum et erroneum est peruertere ordinem conditoris sed querens exteriora bona tanquam ornamentum sui peruerit ordinem conditoris. Cum enim quod ornat sit nobilius eo quod ornatur, qui reputat se ornari exterioribus bonis reputat illa meliora se et ita iniuriatur creatori peruerendo ordinem ab ipso <sup>60</sup> dispositum secundum quem homo omnia corporalia precellit. Fatuum eciam est <sup>61</sup> reputare aliquid pulcrum pulcritudine que non est eius sed rei distincte ab eo. Sed ita est de homine qui reputat se ornari bonis extrinsecis. <sup>62</sup> Ponit ergo rationem primo dicens (70) ITANE AUTEM NULLUM <sup>63</sup> EST PROPRIUM VOBIS BONUM ATQUE INSITUM id est naturale et intrinsecum UT QUERATIS <sup>64</sup> BONA VESTRA IN REBUS EXTERNIS AC SEPOSITIS ?

58 maioris RPO maiores J / 59 sint P st O sit RJ / 60 ab ipso JO ab eo PO / 61 eciam est JO s'o est R est eciam P / 62 extrincicis J / 63 nullum RPO ullum ex nullum J / 64 ut queratis RPO non queratis J /

J.C.

id est a nobis seorsum positis quasi diceret immo est si uelitis illud considerare. (72) SIC RERUM VERSA CONDICIO EST UT ANIMAL DIVINUM id est simile Deo MERITO RACIONIS NON ALITER sibi uideatur SPLENDERE NISI POSSESSIONE INANIMATE SUPPELLECTILIS quasi diceret aliter deberet esse quod patet ex similitudine aliorum. Unde dicit (75) ET ALIA scilicet ab homine SUIS scilicet bonis CONTENTA QUIDEM SUNT; VOS AUTEM scilicet homines MENTE CONSIMILES DEO CAPTATIS ORNAMENTA EXCELLENTIS NATURE scilicet uestre AB REBUS INFIMIS quod scilicet fatuum est et erroneum. Quod probat dupliciter: primo quia per hoc iniuriatur conditori, unde subdit (77) NEC INTELLIGITIS QUANTAM INIURIAM CONDITORI VESTRO FACIATIS scilicet peruerendo ordinem ab eo institutum. Unde subdit (78) ILLE scilicet conditor HUMANUM GENUS VOLUIT PRESTARE OMNIBUS; VOS DETRUDITIS DIGNITATEM VESTRAM INFRA QUEQUE INFIMA. Quod probatur sic (81) NAM SI id est quia OMNE BONUM CUIUSQUE PRECIOSIUS ESSE CONSTAT EO CUIUS EST scilicet bonum CUM IUDICATIS VILISSIMA RERUM ESSE BONA VESTRA VOSMET IPSOS SUBMITTITIS EISDEM EXISTIMACIONE VESTRA et quia posset aliquis querere quare tale inconueniens euenit homini magis quam aliis respondet dicens quod merito accidit homini et assignat causam dicens (84) QUOD QUIDEM scilicet quod homo submittat<sup>65</sup> se inferioribus HAUT id est non INMERITO CADIT id est accidit homini. Cuius causa est (85) QUIPPE ISTA EST CONDICIO HUMANE NATURE UT

---



---



---

65 submittat RPO submittit J /

TUNC TANTUM EXCELLAT CETERIS REBUS nota excellat potest esse actiuum et tunc construitur cum accusatiuo uel neutrum et tunc construitur cum datiuo et in eodem sensu ut hic CUM SE<sup>66</sup> COGNOSCIT,  
 (87) EADEM TAMEN<sup>67</sup> INFRA BESTIAS REDIGATUR SI DESERIT SE NOSSE.  
 Nichil enim prohibit unum et idem esse nobilius et ignobilius alio secundum aliam et aliam consideracionem. Unde, quamuis natura humana sit nobilior bestiis secundum se simpliciter, tamen nichil prohibit in hoc ignobiliorum esse bestia in quantum deficit ab aliquo quod sibi debetur secundum naturam, a quo non deficit bestia quia hoc sibi non debetur cuius modi est cognitio sui. Unde dicit  
 (89) NAM CETERIS ANIMANTIBUS scilicet aliis ab homine SESE IGNORARE NATURA<sup>68</sup> EST; HOMINIBUS VICIO VENIT. Secundo probat quod erroneum est querere ornari ab extrinsecis<sup>69</sup> quia semper manent aliena ab eo quod ornatur, unde dicit (89) QUAM VERO LATE id est ~~valde~~ manifeste PATET VESTER HIC ERROR QUI EXISTIMATIS ALIQUID POSSE ORNARI ORNAMENTIS ALIENIS ? AT ID FIERI NEQUIT. Et hoc probat

(92) NAM SI QUID EX APPPOSITIS LUCEAT scilicet *(propria pulcritudine)* IPSA QUIDEM QUE SUNT APPOSITA LAUDANTUR; ILLUD VERO HIIS TECTUM ATQUE VEIATUM IN SUA NICHILOMINUS PERDURAT FEDITATE. Unde probe respondit clericus quidam uni domine querenti utrum esset pulchra:

maybe it means "by the beauty proper to the opposite."

66 cum se RPO se J / 67 tamen RPO tantum J / 68 natura RPO  
 nature ex natura J / 69 extrincicis J /

ep wth son has  
written on pages n

beautiful things for you

domina, inquit, pulchra sunt tibi appensa. Terciam rationem ponit cum dicit (94) EGO VERO NEG<sup>O</sup> que sic formari potest. Illud non est magnopere appetendum quod nocet possidenti. Sed diuicie persepe possidentibus nocuerunt, ergo etc. Dicit ergo<sup>70</sup> EGO VERO scilicet Philosophia NEG<sup>O</sup> ILLUD ESSE BONUM et per consequens appetendum QUOD NOCEAT HABENTI et quia istam propositionem quasi propria auctoritate accepit querit utrum Boecius uelit ei contradicere dicens (96) NUM ID<sup>71</sup> MENCIOR ? scilicet negando bonum esse quod nocet habenti. Et quia proposicio est manifesta<sup>72</sup> cui contradici non potest pro<sup>73</sup> Boecio respondet dicens MINIME, INQUIS. Deinde assumit minorem ATQUI DIVICIE NOCUERUNT PERSEPE POSSIDENTIBUS. Quod probat ex duobus: tum quia faciunt possidentes de se falsa existimare, unde dicit: bene dico quod diuicie nocent possidentibus (97) CUM PESSIMUS QUISQUE EO QUOD ALIENT MAGIS AVIDUS) SE SOLUM PUTAT DIGNISSIMUM QUI HABEAT QUICQUID USQUAM AURI GEMMARUMQUE EST quod tamen est falsum; tum quia faciunt possidentes amissa securitate timere. Unde dicit (100) TU IGITUR<sup>75</sup> QUI NUNC scilicet in diuiciis constitutus SOLlicitus PERTIMESCIS CONTUM GLADIUMQUE contus est hasta sine ferro acuta cuspide.

70 dic<sup>t</sup> d<sup>t</sup>c J / 71 id RPO illud J / 72 est manifesta RPO  
nō maifcā J / 73 pro in mg. J / 74 possidententes J /  
75 igitur RPO ergo J /

[II p 5]

Dicitur autem contum quasi conitum a cono quod est acuta rotunditas sicut dicit Isidorus Ethymologiarum libro 18,  
 capitulo de hastis <sup>2\*</sup> si CALLEM id est semitam HUIUS VITE INTRASSES  
 VIATOR VACUUS scilicet sine diuiciis quasi diceret si uitam presentem in paupertate duceres (102) CORAM LATRONE CANTARES quasi diceret ita securus essem sicut ille qui cantat coram latrone eo quod non habet unde spoliatur. Et illud sumitur a Iuuenali qui satira decima sic ait:

pauca licet portes argenti uascula puri  
 nocte iter ingressus gladium contumque timebis,  
 et mote ad lunam <sup>a</sup> tr<sup>i</sup>pidabis arundinis umbras:  
 cantabit uacuus coram latrone uiator.

<sup>igitur</sup> Si ergo <sup>76</sup> diuicie ita possidentibus nocent, licet cum indignacione dicere (102) O PRECLARA et facit yroniam <sup>77</sup> BEATITUDO OPUM MORTALIUM id est ut <sup>78</sup> non preclara <sup>78</sup> sed uillis QUAM CUM ADEPTUS FUERIS SECURUS ESSE DESISTIS. <sup>79</sup>

[II m 5]

FELIX NIMIUM metrum quintum quod dicitur <sup>76</sup> parchemiacum <sup>76</sup> ab inuentore anapesticum <sup>77</sup> a pede predominante et est dimetrum id est

2 XVIII vii, 2      \*\* v. 19-22

-----  
 76 ergo JR igitur PO / 77 yroneam J / 78 ut non preclara PO non est preclara R non ita est preclara J / 79 desistis desistis etc. J /

1 parchemiacum JR prochemiacum PO / 2 anapesticum PO anapestum RJ /